

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris  
Angelici Ordinis Prædicatorum**

Tertiæ Partis Volumen Secundum

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Romae, 1619**

De ritu eius. 12

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38725**

dicit\*, Omnes fideles, per manus impositionem Aug. l.4  
Episcoporum, Spiritum sanctum post baptismum super nos accipere debent, ut pleni Christiani inueniantur. test q.42

Ad primum ergo dicendum, quod Papa in Ecclesia et de Tri-  
fia habet plenitudinem potestatis, ex qua potest l.15. c.26  
quædam quæ sunt superiorum ordinum, committe 10. 3.  
re quibusdam inferioribus, sicut quibusdam presby- \* Vrb. 1.  
teris concedit conferre minores ordines: quod per in epi. ad  
tinet ad potestatem Episcopalem. Et ex hac pieni oes Chri-  
tudine potestatis concessit beatus Gregor. \* Papa, Rianos &  
quod simplices sacerdotes hoc sacramentum confer- habetur  
rent, quamdiu scandalum tolleretur. de conse.

Ad secundum dicendum, quod sacramentum ba- d.5.c.0m  
ptismi est efficacius quam hoc sacramentum, quan- nes fidei  
sum ad remotionem mali: eo quod est spiritualis les.  
generatio, quæ est nutratio de non esse in esse. lib.3.epi.  
Hoc autem sacramentum est efficacius ad profi- ep.26. in  
ciendum in bono: quia est quoddam spirituale aug- fin.  
mentum de esse imperfecto ad esse perfectum: l.1. c.31.  
& ideo hoc sacramentum digniori ministro com- cir. prin.  
mittitur. resertur,

Ad tertium dicendum, quod sicut\* Rabanus di- de conse.  
cit in lib. de institutione clericorum, signatur bapti- d.5.c.5.  
zatus chrismate in summitate capitis per sacerdo-  
tem, per Pontificem vero in fronte: ut in priori  
unctione, significetur super ipsum Spiritus sancti de-  
scensio ad habitationem Deo consecrandam: in se-  
cunda quoque, ut eiusdem Spiritus sancti septifor- 425  
mis gratia, cum omni plenitudine sanctitatis & sci- 4.d.7. q.  
tia & virtutis, venire in hominem declaretur. Non 3.a.3. q.  
ergo propter digniorem partem, sed propter potio- 2.ad.1.e8  
rem effectum, hæc unctione Episcopis reseruatur. in exposi-  
tione lit-  
teræ.

Vtram ritus huius sacramenti sit conueniens?

**A**D duodecimum sic proceditur. Vide ur, quod \* a. b14  
ritus huius sacramenti non sit conueniens. Saera- ius q. ad  
mentum enim baptismi est maioris necessitatis quā 3. C. q. 65.  
hoc sacramentū: ut supra dictum est\*. Sed baptismū 65. a. 4.  
depu-

depurantur certa tempora , scilicet Pascha & Pentecostes. Ergo etiam huic sacramento aliquod certum tempus debet præfigi .

¶ 2. Præterea , Sicut hoc sacramentum requirit deuotionem & dantis & recipientis , ita etiam & sacramentum baptismi . Sed in sacramento baptismi non requiri ur , quod à ieunis sumatur vel conferatur . Ergo videtur inconuenienter statutum in Concilio Aurelianensi † , vt ieunis ad confirmationem veniant : & in Concilio Meldensi , vt Episcopi non nisi ieuni , per impositionem manuum , Spiritum sanctum tradant .

a.3. et cō-  
si. - Meld.  
§.6 ref.  
gūtūr hac  
de bñf d.  
§.c. ut ie  
sunt. Et,  
ut epis.  
\* a.2. hu  
iuss. q.

¶ 3. Præterea , Chrisma est quoddam signum plenitudinis Spiritus sancti : vt supra dictum est \* . Sed pleni uero Spiritus sancti data est fidelibus Christi in die Pentecostes : vt habetur Act. 2. Magis ergo debet chrisma confici & benedici in festo Pentecostes , quam in cœna Domini .

S E D contra est usus Ecclesie , qua à Spiritu sancto gubernatur .

R E S P O N D E O dicendum , quod Dominus Matth. 18. fidelibus suis promisit , dicens , Vbi fuerint duo vel tres congregati in nomine meo , ibi sum in medio eorum . Et ideo firmiter tenendum est , quod ordinationes Ecclesie dirigantur secundum sapientiam Christi . Et propter hoc , certum esse debet , ritus quos Ecclesia obseruat in hoc , & in alijs sacramentis , esse conuenientes .

Ad primum ergo dicendum , quod sicut Melchias des Papa \* dicit , ita coniuncta sunt hæc duo sacramenta ( scilicet baptismi & confirmationis ) , vt ab invicem ( nisi morte præveniente ) nullatenus possint segregari , & vnum fine altero rite perfici non possit . Et ideo eadē tempora sunt praefixa baptismo solemniter celebrando , & huic sacramento . Sed quia hoc sacramentum à solis Episcopis datur , qui non sunt semper præsentes , vbi presbytri baptizant oportuit quantum ad communem usum , sacramen-

In epi. ad  
Hisp. epi.  
ante me.  
§.1. Con.  
G. h. be  
tur de  
ser. d. c.  
De his.

tum

tum confirmationis etiam in alia tempora differri.

Ad secundum dicendum, quod ab illa prohibitione excipiuntur infirmi, & morte periclitantes: sicut in statuto Meldensis \* concilij legitur. Et ideo propter multitudinem fidelium, & propter pericula imminentia, sustinetur ut hoc sacramentum (quod non nisi ab Episcopis dari potest) etiam a non ieiunis detur vel accipiatur: quia virus Episcopus praecipue in magna dioecesi, non sufficeret ad tot homines confirmandos, si eis tempus arctaretur. Vbi tamen congrue obseruari potest, conuenientius est ut a ieiunis detur & accipiatur.

Ad tertium dicendum, quod sicut ex Concil. Martini Papæ \* habetur, omni tempore licebat chrisma confidere. Sed quia solemnis baptismus, ad quem requiritur usus chrismatis, in vigilia Paschæ celebratur: congrue ordinatum est, ut per biduum ante ab Episcopo chrisma benedicatur, ut possit per diocesim destinari. Dies etiā ille fatus congruit ad materias sacramentorum benedicendas, in quo fuit Eucharistie sacramentum institutum, ad quod omnia alia sacramenta quodammodo ordinantur: sicut supra dictum est. *q.65. a.3*

QVÆST. LXXIII.

*De sacramento Eucharistie secundum se, in sex articulos dividita.*

C Onsequenter considerandum est de sacramento Eucharistie. Et primo, de ipso sacramento. Secundo, de materia. Tertio, de forma. Quarto, de effectibus. Quinto, de recipientibus hoc sacramentum. Sexto, de ministro. Septimo, de ritu.

¶ Circa primum queruntur sex.

- ¶ Primo, verum Eucharistia sit sacramentum?
- ¶ Secundo, verum sit unum vel plura?
- ¶ Tertio, utrum sit de necessitate salutis?
- ¶ Quarto, de nominibus eius.
- ¶ Quinto, de institutione ipsius.
- ¶ sexto, de figuris eius.

AR-

*vt patet  
de conse.  
d. 5 c. V<sup>e</sup>  
ep. sc.*

*habetur  
de conse.  
d. 4. 6 Om  
ni tempore.*